

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus

### Caput 14: De conditione humana et brevitate huius vite (14)

Bernardus:

Quid fetidius humano cadavere? Quid horribilius homine mortuo?  
Cuius erat gratissimus amplexus in vita, fit in morte terribilis aspectus.  
Quid igitur prosunt divitiae? Quid delitie et quid honores?  
Divitiae non liberant a morte, delitiae non ab inferni carcere, honores non a fetore.  
O qui modo sedebat gloriosus in trono, modo iacet sepultus in thumulo,  
qui vescebatur delitiis in mundo, modo consumitur a vermis in sepulcro,  
qui iacebat gloriosus in aula, modo iacet sepultus in tumba.

Quid ergo fetidius humano cadavere? Quid horribilius homine mortuo?  
Cuius gratissimus erat amplexus in vita molestus erit eciam aspectus in morte.  
Quid, ergo, prosunt divitiae? Quid epulae? Quid delicie?  
Non liberabunt a morte, non defendent a verme, non eripient a fetore.  
Qui modo sedebat gloriosus in throno modo iacet despectus in tumulo;  
→ qui modo fulgebat ornatus in aula modo sordet nudus in tumba;  
← qui modo vescebatur deliciis in cenaculo modo consumitur a vermis in sepulchro.

Innocentius III, *De miseria condicionis humane*, 3.1 (R.E. Lewis ed., p.270, ll.31-41).